

Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est, vindex in iram
 * Al. neces- ei, qui malè agit. Ideoq; * necessitati subditi estote, non solum propter iram;
 litate sed & propter conscientiam: ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim Dei
 sunt, in hoc ipsum perseverantes. Reddite omnibus debita: cui tributum, tri-
 butum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: ut
 mini quicquam debeatis; nisi ut invicem diligatis. Hæc verba Apostoli utili-
 tatem vestræ severitatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt
 terrentibus debere, qui timent: ita dilectionem iussi sunt timentibus de-
 bere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat: sed omnia consulendi
 charitate, & nihil fiat inhumaniter, nihil inhumane. Ita * formidabitur ul-
 * Al. for. midetur
 * Al. ut
 nec
 * Al. im- plectur.
 248.
 14. q. 6. c. 1.
 Si res.
 Thom. 2.
 2. q. 62.
 art. 2.
 4. sent. di.
 15. G.
 * Al. re- pente
 * Al. luat
 abl.
 * Al. dum
 per
 * Al. adhi- bere cõp.

tiō Cognitoris, * si nec intercessoris religio contemnatur, quia & plecten-
 do & ignoscendo hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur.
 Quòd si tanta est perversitas & impietas, ut ei corrigendæ nec discipli-
 na possit prodesse, nec venia; à bonis tamen intentione atque conscien-
 tiâ, quam D E U S cernit, sive severitate, sive lenitate, non nisi officium di-
 lectionis * impletur.

Quod autem in epistola tua sequitur, ubi dicis: Verum nunc, ut
 mores nostri sunt, & sceleris pœnam cupiunt sibi homines relaxari, & id, pro-
 pter quod scelus admissum est, possidere: pessimum hominum genus com-
 memoras, cui pœnitendi medicina omnino non prodest. Si enim res
 aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non
 agitur pœnitentia; sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remitte-
 tur peccatum; nisi restituatur ablatum: sed, ut dixi, cum restitui potest.
 Plerunque enim, qui aufert, amittit, sive alios patiendo malos, sive ipse
 malè vivendo, nec aliud habet, unde restituat. Huic certè non possu-
 mus dicere: redde, quod abstulisti: nisi cum habere credimus & negare.
 Ubi quidem si aliquos sustinet * à repetente cruciatus, dum existima-
 tur habere, quod reddat, nulla est iniquitas: quia etsi non est, unde
 * reddat ablatam pecuniam; meritò tamen, * dum eam per molestias
 corporales * reddere compellitur, peccati, quo malè ablata est, pœnas
 luit. Sed inhumanum non est, etiam pro talibus intercedere, tanquam
 pro reis criminum: non ad hoc, ut minimè restituantur aliena; sed ne
 frustra homo in hominem sæviat; ille præsertim, qui jam remisit cul-
 pam; sed quærit pecuniam, & si fraudari metuit, non expetit vindi-
 cari. Denique in talibus causis si persuadere potuerimus, eos, pro qui-
 bus intervenimus, non habere, quod poscitur, continuo nobis eorum
 molestiæ relaxantur. Aliquando autem misericordes, & in ipso du-
 bio, nolunt homini pro incerta pecunia certa inferre supplicia: ad hanc
 misericordiam etiam nos provocare & exhortari deest. Melius enim,
 etiamsi habet, amittis, quàm, si non habet, aut excrucias, aut occidis. Sed
 pro